minuſ· uenit ad baptiſmum. Cito quoque aduentuſ mariae
et preſentiae dominicae beneficia declarantur. Simul enim
ut audiuit ſalutationem mariae eliſabeth· exultauit
infanſ in utero eius· et repleta eſt ſpiritu ſancto. Vide diſtincti
onem· ſingulorumque uerborum proprietatem. Vocem prior eliſabeth au
diuit· ſed iohanneſ prior gratiam ſenſit. Illa naturae ordine au
diuit· iſte exultauit ratione myſterii. Illa mariae· iſte
domini ſenſit aduentum· femina mulieriſ· et pignus pignoriſ.
Iſtae gratiam loquuntur· illi intus operantur· pietatiſque myſterium
maternis adoriuntur (.i. incipiunt) profectibus· duplicique miraculo prophe
tant matreſ· ſpiritu paruulorum. Exultauit infanſ· reple
ta mater eſt. Non prius mater repleta· quam filius· ſed cum filius eſſet
repletus ſpiritu ſancto· repleuit et matrem. Exultauit iohanneſ·
exultauit et mariae ſpiritus. Exultante iohanne· repletur eliſabeth.
Mariam tamen non repleri ſpiritu· ſed ſpiritum eius exultare cognoui
mus. Incomprehenſibiliſ enim· incomprehenſibiliter operabatur in ma
tre. Et illa poſt conceptum repletur· iſta ante conceptum. Be
nedicta tu inter mulieres· et benedictus fructuſ uentriſ
tui. Et unde hoc mihi· ut ueniat mater domini mei ad me.
Nouit ſermonem ſuum ſpiritus ſanctus nec unquam obliuiſcitur· et
prophetia non ſolum rerum completur miraculiſ· ſed et proprietate
uerborum. Quis eſt uentriſ iſte fructuſ· non ille de quo dictum eſt· ec
ce hereditas domini filii merceſ fructuſ uentriſ. Hoc eſt. He
reditaſ domini· filii ſunt· qui merceſ ſunt fructus illiuſ· qui de
mariae uentre proceſſit. Ipſe fructuſ (uentriſ) eſt· floſ radiciſ· de quo
bene prophetauit eſayaſ dicenſ· Exiet uirga de radice ieſ
ſe· et floſ de radice eius aſcendet. Radix enim· eſt familia
iudeorum· uirga· maria· floſ mariae xpiſtus· qui uelut bonae
arboriſ fructuſ· pro nostrae uirtutiſ proceſſu nunc floret·
nunc fructificat in nobiſ· nunc rediuiua corporiſ re